Eusebium adi quies erit, uexat te dolor capitis? Eusebiu
inuoca, in hoc enim, ut audiui, depellendo uel maximè illius
uirtus et merita et gratia apud Deum elucescunt, unde con
tinuus hac ægritudine laborantium ad eum concursus, nec ad
miror, hæc hæc nempe est illa Cœlestis Patris benigna manus
quæ nihil indonatum relinquit, quæ ubiq centuplum reddit,
Eusebius unum pro Deo Creatore suo caput posuit, et ecce be
nignus Pater non tantum illud Eusebio reddidit sed in
super potestatem tribuit aliis innumeris sua reddere cap
ita. Interim uerò prôh scelus quid malignus Alastor Dæ
mon molitur! quod facinus nefandum, crudele, impium in
sonti machinatur? uerè uerè tritum illud hodierna luce reno
uatur, inuidissimum humani generis hostem quod ipse per
se regere in opus nequit, id per suos internuntios efficere,
tu uerò Cœli terræq moderator ac rector, in cuius manibus
mors et vita omnium posita est, tua inquam iustitia ut
innocentissimus à nocentissimis contrucidetur sinet? non sinet,
et tametsi bilanx æquitatis sinet, certè amor tuus non
sinet, ut fidelissimus seruus tuus à dæmonum mancipiis, oc
cidatur, mactetur, et conculcetur. etiam amor sinet? ergone
tu senex uenerabilis tu ouis mansuetissima in pago Prederis
luporum præda eris. nescio Aud: Relig: maiorne sit pati
entia Fluminis, an maior pietas martyris, an maior denique
latronum sæuitia, illa namq ad crudelissimam famili
sui necem conniuet, magna procul dubio patientia, hic